

ta mente presentare presumit de tuo habes  
confidentiam adiutorio. tua benignissima  
gratia ac pietate quam nemo fidelius ad  
plenum collaudare potest bene ✠ dicere  
✠ sancti ✠ ficare digneris hoc pabulum  
ut omnia animalia que ex eo sumpserint ✠ co-  
mederint omni egritudine ab eis ex gustu  
huius pabuli effugata. salutiferam corporis  
recipiant sanitatem. saluator mundi qui vivis  
✠ regnas infinita secula seculorum. Amen.  
Et benedictio dei pa. ✠ fi. ✠ sp. s. descendat ✠ c.

**Benedictio raphani die s. petri cathedre**

**O**mnipotens sempiterna deus qui ad ne-  
cessitatem humani generis multa her-  
barum genera de fecunditate terre producere  
voluisti ad honorem nominis tui bene ✠ di-  
cere ✠ sancti ✠ ficare digneris has radices  
raphani quas in huius veris initio sumere  
cupimus: ut qui his usus fuerit plena cor-  
poris ✠ anime gaudeat sospitate. Per dominum